

PRENCIPES
EN
FRANCOYS












note des pieces contenues dans ce volume.

1. principes en françois. ant. Denidel. 4°. omis D.
2. ant. mancinelli epitoma seu regule constructionis. (1492) parisiis, alex. de mediolano. 4°. D.659
3. Regule elegantiarum augustini Dati familiari comment. declarate. (cum francisci Nigri expositione) a judoco chlichtoveo. parisiis, Denis Roce. 4°. omis D.
4. tractatus de orthographia (johann. carthusiensis) parisiis, ant. Denidel. 4°. omis D.
5. ars versificatoria rob. gaguini. 4°. omis D.
6. fr. bapt. Mantuani de suorum temporum calamitatibus paris, Michel Lenoir, 1498 4°. D. ~~659~~ 878
7. auli persii flacci satyrarum opus. (parisiis), michiel Tholoze. 4°. omis D.

Auli Persij flacci satirarum opus.



Vita Persii per Ioannem Britanicum.



Ersium aggressuro imprimis necessariũ visum ẽ eius vitam ac satyrã breui oratione perstringere Aulus Persius. Flaccus patre Flacco matre vero Fuluia. olympiade ducente lima tertia imperãte Tiberio natus est: mediocri autem statura insigni forma: ꝓbatis moribus. ingenio & doctrina prestãti fuit. Primo autem adolescentie flore (patre mortuo) Q. Remniũ Palemonem grãmaticum vicentinum audiuit Mox rhetorice sub virginio Flauo incubuit. Inde se ad Cornutum philosohũ cõferens: familiariter secum ad interitum vsqꝫ vixit. Anno vero etatis sue nono ac vigesimo / regnãte Nerone interiit: vnum hunc satyrarum relinquens librũ: in quo vere laudis plurimum meruit. Satyra vero carminis genus variis rebus refertum est / quod fere idem est ꝙ comedia vetus est. Nam cum in compitis ociosis diebus festis operarentur antiqui: incultum ac rude carmen priscam comediam inuenire. in qua primum bonos laudare. postea etiam malos nominatĩ carpere assueuerunt. Sed cum indies maiore in scribendo licentia vterentur: ea vsum est lege ne quis eiusmodi carmen describeret. Ex quo veteri sublata: noua cõedia emanauit & atis cuiusqꝫ mores & personatum affectus continẽs. Sed ad cõedie veteris formam paulatim satyra hec irrepsit ĩ qua sine vlla proprii cuiusq̃ nominis mentione: vitia hominum notarentur. Priscum vero satyre gen⁹ tam latini q̃ greci excoluerunt: sed hec noua satyra latinorum est in qua Lucili⁹ maximam primus laudem obtinuit. Satyram autem q̃uis a satyra lege multis aliis cõfecta legibus / vnoqꝫ rogatu multa & varia complectente. vel a satyra cibi genere diuersis rebus condito. vel a lance satyra que multis generibus primitiarum referta / sacris adhibebantur / quidem appellari existimẽt: meliores tamen auctores a siluestribus satyris in vetere fabula institutis nominauere. Verum hec breuiter de poete vita ac satyra explanata sufficiant.

Finit vita Persii.

Auli Persij Flacci Poete satirarum opus.

NEc fonte labra prolui caballino:
Nec in bicipiti somniasse pernaso
Memini: vt repente sic Poeta prodirem:
Heliconidasq; pallidamq; pirenen
Illis relinquo: quorum imagines lambunt
Hedere sequaces: ipse semipaganus
Ad sacra vatum carmen affero nostrum.
Quis expediuit psytaco suum chere?
Coruos quis olim concauum salutare?
Picas quis docuit verba nostra conari?
Magister artis: ingeniiq; largitor
Venter: negatas artifex sequi voces.
Quod si dolosi spes refulserit nummi
Coruos poetas: & poetidas picas
Cantare credas pegaseium mellos.

Scriptorē ī prima satyra reprehēdit ineptū.

persius.
O Curas hominum/o q̃tum
est in rebus inane
Monitor. per. Mo. per.
Quis leget hec? mi tu istd̄ ais? nēo hercle: nēo?
Mo. per.
Vel duo: vel nemo: turpe & miserabile. quare?
Ne mihi polydamas & troiades labeonem

Pretulerint? nuge: non si quid turbida roma.
Eleuet accedas: examē qꝫ improbum in illa.
Castiges trutina: nec te quesiueris extra.
Nam rome ē quis non? at. si fas dicere: sed fas
Tunc cū ad caniciem: & nr̄m istud viuere triste
Aspexi: & nucibus facimus quecūqꝫ relictis
Cum sapimus patruos: tunc: tūc: ignoscite: nolo
Quid faciam? sed sum petulāti splene cachino:
Scribimus inclusi: numeros ille: hic pede liber
Grāde aliqd quod pulmo aīme prelargᵘ āhelet
Scilicet hec populo pexusqꝫ togaqꝫ recenti:
Et natalicia tandem cum sardonice albus
Sede leget celsa liquido cum plasmate guttur
Mobille coluerit patranti fractus ocello.
Hic neqꝫ more probo videas: nec voce serena
Ingētes trepidare titos: cum carmina lumbum
Intrant & tremulo scalpūtur vbi intima versu:
Tunc vetule auriculis alienis colligis escas?
Auriculis quibus & dicas cute perditus ohe
Quid didicisse nisi hoc fermētū. & q̄ simul itᵘ
Innata est rupto iecore exierit caprificus:

En pallor seniumq;: o mores: vsq; ad eo ne
Scire tuum nihil est: nisi te scire hoc sciat alter?
Mo.
At pulchrũ est digito mõstrari & dicier hic ẽ
Ten cirratorum centum dictata fuisse
Per.
Pro nihilo pendas? ecce inter pocula querunt
Romulide saturi quid dia poemata narrent.
Hic aliquis cui circa hũeros & ianthina lena ẽ
Rancidulum quiddam balba denare locutus
Phyllidas hypsipylas vatũ & plorabile siquid;
Eliquat & tenero supplantat verba palato.
Assensere viri: nunc non cinis ille poete
Felix? non leuior cippus nunc imprimit ossa?
Laudant conuiue: nunc non e manibus illis
Nunc non e temulo fortunataq; fauilla:
Mo. Per. Mo.
Noscentur viole? rides: ait: & nimis vncis.
Naribus indulges. an erit qui velle recuset
Os populi meruisse: & cedro digna locutus
Linquere nec scõbros metuẽtia carmia nec tus?
Per.
Quisquis es o mõ quem ex aduerso dicere feci.
Non ego cum scribo: si forte quid aptius exit:
Quãdo hec rara auis est: siquid tamẽ aptiꝰ exit

Laudari metuā, neqꝫ enim mihi cornea fibra ē
Sed recti: finemqꝫ extremumqꝫ esse recuso
Euge tuum & belle: nam belle hoc excute totū.
Quid non intus habet? non hic est ilias acci
Ebria veratro: non si qua elegidia crudi
Dictarunt proceres: nō quicquid deniqꝫ lectis
Scribitur in citreis. calidum scis ponere sumen
Scis comitem horridulum trita donare lacerna
Et verum inquis amo. verū mihi dicito: de me
Qui pote? vis dicam? nugaris: cum tibi calue
Pinguis aqualiculus ꝓpenso sesquipede extet.
O iane a tergo quem nulla ciconia pinsit:
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas
Nec lingue quantum sitiat canis appula tantū.
Vos o patricius sanguis quos viuere fas est:
Occipiti ceco postice occurrite sanne.
Quis ppli sermo est? quis enī nisi carmīa molli
Nunc demū numero fluere: vt per leue seueros
Effūdat iunctura vngues: scit tendere versum
Non secus ac si oculo rubricam dirigat vno
Siue opus in mores: in luxum & prandia regū

Dicere res grandes nostro dat musa poete:
Ecce modo heroas sensus afferre videmus
Nugari solitos grece: nec ponere lucos
Artifices nec rus saturum laudare vbi corbes
Et focus & porci: & fumosa parilia feno
Vnde remus sulcoq3 terens dentalia quinti
Cum trepida ante boues dictatura͂ iduit vxor
Et tua aratra domum lictor tulit: euge poeta.
Est nunc brysei quem venosus liber acci:
Sunt quos pacuuiusq3: & verucosa moretur
Antiopa erumnis cor luctificabile fulta.
Hos monitus patres pueris infundere lippos
Cu͂ videas: querisne vnde hec sartago loque͂di
Venerit in linguas? vnde istud dedecus: i quo
Trossulus exultat tibi per subsellia leuis?
Nil ne pudet capiti non posse pericula cano
Pellere: quin tepidu͂ hoc optes audire dece͂ter?
Fur es ait pedito: pedius quid? crimina rasis
Libra in antithetis: doctas posuisse figuras
Laudatur: bellu͂ hoc. bellu͂ hoc? an romule ceues
Men moueat quippe & ca͂tet si naufragus, asse͂

Protulerim? cantas cū fracta te in trabe pictū
Ex humero portes? verum nec nocte paratum
Plorabit qui me volet incuruasse querela.
Sed numeris decor est & iūctura abdita crudis
Claudere sic didicit versum: berecyntius atys
Et qui ceruleum dirimebat nerea delphin.
Sic costam longo subduximus appenino.
Mo.
Arma virū: nōne hoc spumosū & cortice pīgui?
Per.
Vt ramale vetus pregrandi subere coctum.
Mo.
Quidnā igitur tenerū: & laxa ceruice legēdū ē
Per.
Corua mimalloneis implerunt cornua bombis
Et sectum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris: & lyncem menas flexuram corymbis
Euion ingeminat: reparabilis assonat echo.
Hec fierent si testiculi vena vlla paterni
Viueret in nobis? summa delumbe saliua
Hoc natat in labris: & in vdo ē menas & atys.
Nec pluteū cedit: nec demorsos sapit vngues.
Mo.
Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? vide sis ne maiorum tibi forte

Limina frigescant: sonat hic de nare canina
per.
Littera: per me equidem sint omnia ꝓtinꝰ alba
Nil moror: euge: oēs etei bene mire eritis res
Hoc iuuat: hic inquis veto quisq̄ faxit oletum
Pinge duos angues: sacer est pueri locꝰ: extra
Meite: discedo: secuit lucilius vrbem
Te lupe: te muti: & genuinum fregit in illis
Omne vaser vitium ridenti flaccus amico
Tangit: & amissus circum precordia ludit.
Callidus excusso populum suspendere naso.
Mo.
Mē mutire nefas? nec clam: nec cū scrobe nusq̄?
per.
Hic tamen infodiam: vidi: vidi ipse libelle
Auriculas asini quis nō habet? hoc ego opertū
Hoc ridere meum tam nil nulla tibi vendo
Illiade. audaci quoscunqꝫ afflate cratyno
Iratum eupolidem pregrandi cum sene palles:
Aspice: & hec: si forte aliquid decoctiꝰ audis:
Vnde vaporata lector mihi ferueat aure:
Non hic qui icrepidas graiorum ludere gestit
Sordidus: & lusco qui possit dicere lusce:
Sese aliquem credens: italo ꝙ honore supinus

Fregerit beminas areti edilis i niquas.
Nec qui abaco nũeros & secto in puluere metas
Scit risi sse vafer: multum gaudere paratus
Si cynico barbam petulans nonaria vellat.
His mane edictum: post prandia callyroẽ do.

Satyra secunda


Vnc macrine diem numera meliore lapillo
Qui tibi labentes apponit candidus annos.
Funde merum genio: nõ tu prece poscis emaci
Que nisi seductis nequeas committere diuis.
At bona pars procerum tacita libabit acerra
Haud cuiuis prõptũ ẽ murmurq́ʒ hũilesq́ʒ susur
Tollere de tẽplis: & a pto viuere voto. (ros
Mẽs bõa fã fides hec clare & vt audiat hospes
Illa sibi introrsum: & sub lingua murmurat: osi
Ebullet patrui preclarum fumus: & osi
Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro
Hercule: pupillũ ve vtinam quẽ pxim⁹ heres
Impello expungam: nãq́ʒ est scabiosus & acri
Bile tumet: nerio iam tertia ducitur vxor.
Hec sãcte vt poscas tyberino i gurgite mergis

Mane caput bis terq;: & noctē flumine purgas
Heus age respōde: minimū ē quod scire laboro
De ioue quid sentis? est ne vt preponere cures:
Hunc cuiq̄? cuinam? vis staio? an scilicet heres
Quis potior iudex pueri sue q̄s aptior orbis?
Hoc igitur quo tu iouis aurem impellere tētas
Dic agedum staio. pro iuppiter: o bone clamet:
Iuppiter: at sese non clamet iuppiter ipse?
Ignouisse putas quia cum tonat ocius ilex
Sulphure discutitur sacro q̄ tuq; domusq;
An quia non fibris ouium ergennaq; iubente
Triste iaces lucis euitandumq; bidental:
Iccirco stolidam prebet tibi vellere barbam
Iuppiter: aut q̄dnam est qua tu mercede deorū
Emeris auriculas: pulmone & lactib⁹ vnctis?
Ecce auia aut metuens diuum matertera cunis
Exemit puerum: frontemq; atq; vba labella
Infami digito & lustralibus ante saliuis
Expiat: vrentes oculos inhibere perita.
Tūc manibus quatit: & spē macrā supplice voto
Nunc licini in campos: nūc crassi mittit ī edes.
Hunc optent generum rex & regina: puelle

Hũc rapiát: quicq̃d calcauerit hic rosa fiat.
Hec ego nutrici non mdão: vota negato
Iuppiter hec illi: q̃uis te albato rogarit.
Poscis opem neruis: corpusq; fidele senecte
Esto age: sed grãdes patinetucetaq; crassa
Anuuere his superos vetuere: iouẽq; moratur
Rem struere exoptas: ceso boue: mercuriumq;
Arcescis fibra: da fortunare penates:
Da pecus & gregib⁹ fetum. quo pessime: pacto
Tot tibi cum inflãmas iunicũ omenta liquescãt?
Attamen hic extis & opimo vincere ferto
Intendit: iam crescit ager: iam crescit ouile:
Iam dabitur: iam iam donec deceptus & expes
Ne quicq̃ fundo suspiret nummus in imo.
Si tibi crateras argenti incusaq; pingui
Auro dona feram sudes & pectore leuo:
Excutias guttas: letari pertrepidum cor:
Hic illud subiit: auro sacras q̃ ouato
Perducis facies: nam fratres inter ahenos
Somnia qui pituita purgatissima mittunt
Precipui sunto: sitq; illis aurea barba.
Aurum vasa nume: saturniaq; impulit era

Vestalesq; vrnas: & tuscum fictile mutat.
Ocurue in terras anime & celestium inanes:
Quid iuuat hoc tēplis nostros imittere mores
Et bona diis ex hac scelerata: ducere pulpa?
Hec sibi corrupto casiam dissoluit oliuo:
Hec calabrum coxit vitiato murice vellus:
Hec bacchā conche rasisse & stringere venas
Feruentis masse crudo de puluere iussit:
Peccat & hec peccat vitio tamen vtitur: at vos
Dicite pontifices: in sacro quid faciat aurum?
Nēpe hoc quod veneri donat ea virgie puppe
Quin dam⁹ id superis de magna qđ dare lāce
Non possit magni messale lipp a propago:
Compositum ius fasq; animi sanctosq; recess⁹
Mētis: & incoctum generoso pectus honesto
Hec cedo vt ad moueam tēplis: & farre litabo.

In terna ignatos notat inflatosq; potentes.


Mo.
Empe hoc assidue? iam clarum mane fenestras
Intrat: & angustas extendit lumine rimas
Stertimus indomitū: quod despumare falernū

Sufficiat: quinta dum linea tangitur vmbra
En quid agis? siccas insana canicula messes
Iandudũ coquit & patula pecus oẽ sub vlmo ẽ
Vnus ait comitum: verumne? ita ne? ocyꝰ adsit
Huc aliquis: nemon? turgescit vitreabilis
Finditur archadie pecuaria rudere credas
Iam liber & positis bicolor: mẽbrana capillis
Inq; manus carthe: nodosaq; venit harundo:
Tũc queritur crassꝰ calamo ꝙ pẽdeat humor:
Nigra ꝙ infusa vanescat sepia lympha:
Dilutas queritur geminet ꝙ fistula guttas.
O miser inq; dies vltra miser: buccine rerum
Venimus? at cur nõ potius teneroq; palumbo
Et similis regum pueris papare minutum
Poscis: & iratus mamme lallare recusas?
An tali studeam calamo? cui verba? quid istas
Succinis ambages? tibi luditur effluis amens
Contemnere: sonat vitium percussa maligne
Respondet viridi percussa fide lia limo.
Vdũ & molle lutũ es nũc nũc ꝑperãdus & acri
Fingendus sine fine tota: sed rure paterno

Est tibi far modicū purum & sine labe salinū
Quid metuas? cultrixq̧ foci secura patella
Hoc satis? an deceat pulmonē rumpere ventis
Stemmate q̄ thusco ramum millesime ducis:
Censoremq̧ tuum: vel q̄ trabeate salutas?
Ad populū phaleras: ego te int⁹ & ī cute noui
Non pudet ad morem discincti viuere natte.
Sed stupet hic vitio: & fibris increuit opimū
Pingue: caret culpa: nescit quid perdat & alto
Demersus summa rursus non bullit in vnda
Magne pater diuum seuos punire tyrannos:
Haud alia ratione velis: cum dira libido
Mouerit ingenium: feruenti tincta veneno.
Virtutem vt videant: intabescantq̧ relicta.
An ne magis siculi gemuerunt era iuuenci.
Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureas subter ceruices terruit imus
Imus precipites q̄ si sibi dicat & intus
Palleat infelix: quod proxima nesciat vxor.
Sepe oculos memini tingebam paruus oliuo
Grandia si mollem morituri verba catonis
Discere ab insano multum laudanda magistro

Que pater adductis sudans audiret amicis
Iure eteni id summũ q̄d dexter senio ferret:
Scire erat in voto damnosa canicula: quantum
Raderet anguste collo non fallier orce
Neu quis callidior buxum torquere flagello.
Haud tibi iexptũ ē curuos deprēdere mores
Queq3 docet sapiens braccaris illita medis.
Porticus insomnis quibus indetonsa iuuẽtus
Inuigilat: siliquis & grandi pasta polenta:
Et tibi que samios diduxit littera ramos
Surgentem dextro monstrauit limite callem
Stertis adhuc: laxumq3 caput compage solutã
Oscitat hesternum dissutis vndiq3 malis.
Est aliquid quo tēdis: & in q̄d dirigis arcum
An passim sequeris coruos: testaq3 lutoq3:
Securus quo pes ferat atq3 ex tempore viuis?
Heleborũ frustra: cũ iam cuctis egra tumebit
Poscentes videas: venienti occurrite morbo
Ecquid op⁹ cratero magnos p̄mittere mõtes.
Disciteq3 o miseri: & causas cognoscite rerum
Quid sumus aut q̄dnã victuri gignimur: ordo
Quis datus: aut mete q̄ mollis flexus & vnde.

Quis modus argento: quid fas optare: qd asp
Vtile nūmus habet: patrie charisqꝫ: propiquis
Quantum elargiti deceat: quem te deus esse
Iussit & humana qua parte locatus es in re
Disce: neqꝫ inuideas: ꝙ multa fidelia putet
In locuplete penu defensis pinguib⁹ vmbris
Et piper & pene marsi monumenta clientis:
Menaqꝫ ꝙ prima nondum defecerit orca.
Hic aliquis de gente hircosa centurionum
Dicat: quod satis est sapio mihi: non ego curo
Esse quod arcesilas: erumnosiqꝫ solones
Obstipo capite: & figentes lumine terram:
Murmura cum secum: & rabiosa silentia rodūt
Atqꝫ exporrecto trutinatur verba labello
Egroti veteris meditantes somnia gigni
De nihilo nihil: in nihilum nil posse reuerti:
Hoc ē cur palles: cur quis non prandeat: hoc ē
His populus ridet: multūqꝫ torosa iuuentus
Ingeminat tremulos naso crispante cachinos.
Inspice nescio qd trepidat mihi pect⁹: & egris
Faucibus exudat grauis halitus inspice sodes
Qui dicit medico iussus requiescere: postq̄

Tertia compositas vidit nox currere venas.
De maiore domo: modice sitiente lagena:
Lenia loturo sibi surrentina rogarit
Medicus eger Me.
Heus bone tu palles. nihil est. videas tñ istud
Quicquid id est: surgit tacite tibi lutea pellis
eger
At tu deterior palles ne sis mihi tutor
Me. eger Medicus
Iamprid ẽ hũc sepeli: tu restas: perge tacebo:
pocta
Turgidus hic epulis: atq; albo ventre lauatur.
Gutture sulphurias lente exhalãte mephites
Sed tremor inter vina: subit: calidũq; trientẽ
Excutit e manibus: dentes crepuere retecti
Vncta cadunt laxis hinc pulmentaria labris
Hinc tuba candele tandẽq; beatulus alto
Compositus ecto: crassisq; lutatus amomis:
In portam rigidos casces extendit: at illum
Hesterni capite induto subiere quirites.
Tange: miser venas: & pone ĩ pectore dextrã
Nil calet hic. summosq; pedes attige manusq;
Non frigent: visa est si forte pecunia: siue
Candida vicini subrisit molle puella
Cor tibi rite salit: positum est algente catino.
Durum holus: & populi criro decussa farina

Tendemus fauces tenero latet hulcus in ore
Putre: quod haud deceat plebeia radere beta.
Alges cũ excussit mẽbris tremor alb⁹ aristas.
Nunc face supposita feruescit sanguis: & ira
Scintillant oculi: dicisq; facisq; quod ipse
Non sani esse hominis: nõ sanus iuret orestes.

Carpitur ĩ quarta rex & reprehẽsor ĩept⁹.

REm populi tractas: barbatum hoc crede magistrum
Dicere: sorbitio tollit quem dira cicute:
Quo fretus? dic hoc magni pupille pericli:
Scilicet ingenium: & rerum prudentia velox
Ante pilos venit: dicenda tacendaq; calles
Ergo vbi commota feruet plebecula bile,
Fert animus calide fecisse silentia turbe
Maiestate man⁹: qd deinde loquere? quirites
Hoc puta nõ iustũ est: illud male: rectius istud
Scis etenim iustum gemina suspendere lance
Ancipitis libre: verum discernis vbi inter
Curua subit: vel cum fallit pede regula varo.
Et potis es nigrum vitio prefigere thita:
Quin tu igitur sũma ne quicq̃ pelle decorus

Ante diem blando caudam iactare popello
Deſinis: anticyras melior ſorbere meracas
Quo tibi ſumma boni eſt: vncta vixiſſe patella
Semper: & aſſiduo curata cuticula ſole?
Expecta haud aliud reſpõdeat hec anus: i nũc
Dinomaches ego ſum: ſuffla ſum cãdidus: eſto
Dum ne deterius ſapiat pannutia baucis:
Cum bene diſcincto cantauerit ocyma: verne.
Vt nemo in ſeſe tentet deſcendere: nemo:
Sed precedenti ſpectatur mantica tergo?
Queſieris noſtin vectidi predia? cuius?
Diues arat curibus: quãtũ nõ miluus oberret.
Hunc ain? hunc: diis iratis genioqꝫ ſiniſtro
Qui quãdoqꝫ iugum pertuſa ad compita figit
Seriole veteris metuens deradere limum
Ingemit: hoc bene ſit tunicatũ cũ ſale mordẽs
Cepe: & farratum pueris plaudentibꝰ ollam:
Pannoſam fecem morientis ſorbet aceti.
At ſi vnctus ceſſes: & figas in cute ſolem
Eſt prope te ignotus cubito qui tãgat & acre
Deſpuat in mores: penemqꝫ arcanaqꝫ lumbi
Runcantem: populo marcẽtes pãdere vuluas?

Tu cum maxillis balanatum gausape pectas
Inguinibus quare detonsus curgulio extat?
Quinque palestrite licet hec plantaria vellant
Elisasq; nates labefactent forcipe adunca
Non tamen ista filix vllo mansuescit aratro.
Cedimus inq; vicẽt prebemus crura sagittis:
Viuitur hoc pacto: sic nouimus ilia subter
Cecum vulnus habes: sed lato baltheus auro
Protegit vt mauis: da verba: & decipe neruos
Si potes: egregium cum me vicinia dicat
Non credam? viso si palles improbe nummo
Si facis in penem quicquid tibi venit amarum
Si puteal multo cautus vibice flagellas:
Ne quicq̃ populo bibulas donaueris aures:
Respice quid non es tollat sua munera cerdo:
Tecũ habita vt noris q̃ sit tibi curta supellex.

Seruire in quinta stultiq; maliq; probantur.



Atibus hic mos est cẽtũ sibi poscere per. voces
Centum ora & linguas optare in carmĩe cẽtũ
Fabula seu mesto ponatur hianda tragedo

Vulnera ſeu parthi ducentis ab inguine ferrũ
Cor.
Quorſum hec? aut q̃tas robuſti carminis offas
Ingeris: vt par ſit centeno gutture niti?
Grande locuturi nebulas helicone legunto
Siquibus aut prognes: aut ſiquibꝰ olla thyeſte
Feruebit ſepe inſulſo cenanda glyconi
Tu neq; anhelanti coquitur dum maſſa camino
Folle premis vẽtos: nec clauſo murmure raucꝰ:
Neſcio quid tecum graue cornicaris inepte:
Nec ſclopo tumidas intendis rumpere buccas
Verba toge ſequeris iunctura callidus acri
Ore teris modico: pallentes redere mores
Doctus & ingenuo culpam defigere ludo:
Hinc trahe q̃ dicas: mẽſamq; relique mycenis:
Cũ capite & pedibus phebeiaq; prãdia noris
per.
Nõ equidẽ hoc ſtudeo: bullatis vt mihi nugis
Pagina turgeſcat dare pondus idonea fumo
Secreti loquimur: tibi nunc hortante camena:
Excutiẽda damus precordia: quantaq; noſtre
Pars tibi ſit cornute anime tibi dulcis amice
Oſtendiſſe iuuat: pulſa: dignoſcere cautus:
Quid ſolidum crepet: & picte tectoria ligue.

Hinc ego centenas ausim deposcere voces:
Vt quantum mihi te sinuoso ĩ pectore fixi:
Voce trahã pura:totũq; hoc verba resignent
Quod latet arcana non enarrabile fibra.
Cũ primũ pauido custos mihi purpura cessit
Bulaq; succinctis laribus donata pependit.
Cum blandi comites:totaq; impune suburra
Permisit sparsisse oculos iam candidus vmbo
Cũq; iter ambiguum est:& vite nescius error
Deducit trepidas ramosa in compita mentes:
Me tibi supposui:teneros tu suscipis annos
Socratico cornute sinu:tunc fallere sollers
Apposita intortos ostendit regula mores:
Et premitur ratione animus:vinciq; laborat:
Artificẽq; tuo ducit sub pollice vultum.
Tecũ etenim longos memini cõsumere soles.
Et tecum primas epulis decerpere noctes.
Vnũ opus & requiẽ pariter disponim⁹ ambo
Atq; verecunda laxamus seria mensa.
Non equidẽ hoc dubites amborũ federe certo
Consentire dies:& ab vno sidere duci.
Nostra vel equali suspendit tempora libra:

Parca tenax veri: seu nata fidelibus ora
Diuidit in geminos concordia fata duorum:
Saturnũq3 grauẽ nostro ioue frangimus vna:
Nescio quid certe ẽ qđ me tibi tẽperat astrũ.
Mille hominum species: & rerũ discolor vsus
Velle suum cuiq3 est: nec voto viuitur vno.
Mercibus hic italis mutat sub sole recenti:
Rugosum piper: & pallentis grana cymini
Hic satur irriguo mauult turgescere somno.
Hic campo indulget: hũc alea decoquit. ille
In venerẽ putris: sed cum lapidosa chyragra
Fregerit articulos veteris ramalia fagi:
Tunc crassos transisse dies: lucemq3 palustrem
Et sibi iam seri vitam ingemuere relictam.
At te nocturnis iuuat impallescere chartis:
Cultor enim iuuenum purgatas iseris aures:
Fruge cleanthea: petite hic iuuenesq3 senesq3.
Finem animo certum. miserisq3 viatica canis:
Cras hoc fiet: idẽ cras fiet: quid? quasi magnũ
Nempe diem donas? sed cum lux altera venit:
Iam cras hesternũ consũpsim⁹: ecce aliud cras
Egerit hos ãnos & semper paulũ erit vltra:

Nam quãuis ꝓpe te:quãuis temone sub vno:
Vertentem see frustra sectabere cantum:
Cum rota posterior curras:& in axe secundo
Libertate opus est:non hac qua quisq velina
Publius emeruit scabiosum tesserula far
Possidet. heu steriles veri quibus vna quiritẽ
Vertigo facit:hic dãma est non tressis agaso:
Vappa & lippus & in tenui farragine mẽdax:
Verterit hunc dominus momẽto tẽporis exit
Marcus dãma? pape marco spondẽte recusas
Credere tu nũmos:marco sub iudice palles
Marcus dixit:ita est assigna marce tabellas.
Hec mera libertas hanc nobis pilea donant?
An quisq̃ est alius liber:nisi ducere vitam
Cui licet vt voluit? licet vt volo viuere:nõ sum
Liberior bruto? mendose colligis inquit
Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto.
Hec reliqua accipio:licet vt volo viuere tolle.
Vindicta postq̃ meus a pretore recessi
Cur mihi non liceat:iussit quodcũq voluntas:
Excepto siquid masuri rubrica vetauit?
Disce:sed ira cadat naso:rugosaq sanna

Dum veteres auias tibi de pulmone reuello.
Non pretoris erat ſtultis dare tenuia rerum
Officia: atqȝ vſum rapide permittere vite
Sambucam citius caloni aptaueris alto.
Stat contra ratio: & ſecretam gannit in aurem
Ne liceat facere id quod quis vitiauit agendo:
Publica lex hominū: naturaqȝ continet hoc fas
Vt teneat vetitos iuſcitia debilis actus.
Diluis helleborum certo compeſcere puncto:
Neſcius examen: vetat hoc natura medendi.
Nauim ſi poſcat ſibi peronatus arator:
Luciferi rudis: exclamet, melicerta periſſe
Frontem de rebus: tibi recto viuere talo
Ars dedit: & veri ſpeciem dignoſcere calles
Nequa ſuberato mendoſum tinniat auro.
Queqȝ ſequenda forent & que vitāda viciſſim
Illa prius creta mox hec carbone notaſti.
Es modicus voti preſſo lare: dulcis amicis
Iam nunc aſtringas: iam nunc granaria laxes
Inqȝ luto fixum poſſis tranſcēdere nummum
Nec gluto ſorbere ſaliuam mercurialem
Hec mea ſunt: teneo: cum vere dixeris eſto


Liberq3 ac sapiens pretoribus ac ioue dextro:
Sin tu cum fueris nostre pauloante farine
Pelliculam veterem retines & fronte politus
Astutam vapido seruas sub pectore vulpem:
Que dederam supra repeto:funemq3 reduco.
Nil tibi concessit ratio:digitum exere:peccas.
Ecquid tam paruū est? sed nullo thure litabis:
Hereat in stultis breuis vt semuncia recti
Hec miscere nefas:nec cum sis cetera fossor
Tris tamē ad nūeros satyri moueare batylli.
Liber ego vñ datū hoc sumis tot subdite reb⁹?
An dñm ignoras:nisi quē vindicta relaxat?
I puer:& strigiles crispini ad balnea defer
Si increpuit cessas nugator:seruitium acre
Te nihil impellit:ne quicq̄ extrinsecus intrat
Quod neruos agitet:sed si int⁹ in iecore egro
Nascūtur dñi q̄ tu ipunitior exis: (rilis
Atq3 id quē ad strigiles scutica&met⁹ egit he
Mane piger stertis:surge inquit auaricia: eya
Surge.negas:instat:surge inqt:nō queo.surge
En q̄d agā? rogitas:en saperdā.aduehe pōto.
Castoreum:stuppas:hebenum tus lubrica coa

Tolle recens primus piper e sitiente camello:
Verte aliqd: iura: sed iuppiter audiet: heu heu
Vare regustatum digito terebrare salinum
Contemptus perages si viuere cũ ioue tẽdis.
Iã pueris pellẽ succinctus: & enophoꝝ aptas
Ocyus ad nauem: nihil obstat qui trabe vasta
Egeum rapias: nisi sollers luxuria ante
Seductũ moneat: quo deinde insane ruis quo
Quid tibi vis? calido sub pectore mascula bilis
Intumuit quam non extinxerit vrna cicute.
Tun mare transilias: tibi torta canabe fulto
Cena sit in transtro. veientanumq; rubellum
Exhalet vapida lesum pice sessilis obba?
Quid petis vt nũmi quos hic quicũce modesto
Nutrietas: peragant auidos sudore deunces
Indulge genio: carpamus dulcia: nostrum est
Quod viuis: cinis & manes: & fabula fies
viue mẽor leti. fugit hora: hoc qđ loquor ide ẽ
En qd agis. duplici in diuersũ scideris hamo
Huccine an hũc seq̃ris subeas altern⁹ oportet
Ancipiti obsequio dominos altern⁹ oberres.
Nec tu cum obstiteris semel instãtiq; negaris

Parere imperio. rupi iam vincula dicas.
Nam luctata canis nodum arripit: attamē illi
Cum fugit: a collo trahitur pars lōga cathene.
Daue cito hoc credas iubeo finire dolores
Preteritos meditor: crudū cherestrat⁹ vnguē
Abrodens ait hec. an siccis' dedecus obstem
Cognatis? an rem patriam rumore sinistro
Limen ad obscenū frangā: dū chrysidis vdas
Ebrius ante fores extincta cum face canto?
Euge puer sapias diis depellentibus agnam
Percute: sed censem plorauit daue relicta?
Nugaris: sola puer obiurgabere rubra.
Ne trepidare velis atq₃ arctos rodere casses:
Nūc fer⁹ & violēs. at si vocet haud mora dicas
Quidnā igit̄ faciā: ne nūc cū accersar & vltro
Supplicet accedam. si totus & interger illinc
Exieris nunc: nunc: hic hic: quē querim⁹ hic ē
Non in festuca lictor: quem iactat ineptus
Ius habet ille sui palpo quem ducit hiantem

Cretata ambitio: vigila: & cicer ingere large
Rixanti populo: nostra vt floralia possint
Aprici meminisse senes: quid pulchrius: at cũ
Herodis venere dies: vnctaq3 fenestra
Disposite pinguem nebulã vomuere lucerne
Portantes violas rubrumq3 amplexa catinum.
Cauda natat tynni: tumet alba fidelia vino
Labra moues tacit9: recutitataq3 sabbata palles
Tunc nigri lemures: ouoq3 pericula rupto
Tunc grãdes galli: & cũ sistro lusca sacerdos
Incussere deos inflantes corpora: si non
Predictum ter mane caput gustaueris alli.
Dixeris hec inter varicosos centuriones
Continuo crassum ridet vulphernius ingens
Et centum grecos curto centusse licetur.

Insexta heredi taxat nimium cumulantẽ.


Dmouit iam bruma foco te basse sabino
Iã ne lyra & tetrico viuũt tibi pecti ne chorde

Mire opifex numeris: veterꝫ primordia vocũ:
Atqꝫ marem strepitum fidis intẽdisse latine:
Mox iuuenes agitare iocos: & pollice honesto
Egregios lusisse senes:' mihi nunc ligus ora
Intepet: hybernatqꝫ meũ mare: qua lat⁹ ingẽs
Dant scopuli & multa littus: se valle receptat.
Lunai portum est opere cognoscere ciues:
Cor iubet hoc enni: postq̃ destertuit esse
Meonides quintus pauone ex pythagoreo.
Hic ego securus vulgi: & quid preparet auster
Infelix pecori. securus: & angulus ille
Vicini nostro quia pinguior: etsi adeo omnes
Ditescant orti peioribus vsqꝫ recusem
Curu⁹ ob id minui senio: aut cenare sie vncto
Et signum in vapida naso tetigisse lagena.
Discrepet his alius geminos horoscope varo
Producis genio solis natilibus est qui
Tingat holus siccũ muria vafer in calice empta
Ipse sacrũ irrorans patine piper: hic bõa dẽte

Grãdia magnanimꝰ pagit puer vtar ego vtar
Nec rumbos ideo libertis ponere lautus:
Nec tenuem sollers turdorum nosse saliuam.
Messe tenus propria viue & granaria: fas est
Emole: qd metuas: occa: eu seges alta ĩ herbaẽ
Ast vocat officium trabe rupta brutia saxa
Prendit amicus inops: rẽqꝫ oẽm surdaqꝫ vota
Condidit ionio: iacet ipse in littore & vna
Ingentes de puppe dei: iamqꝫ obuia mergis
Costa ratis lacere: nunc & de cespite viuo
Frãge aliquid: largire ĩopi: ne pictus oberret
Cerulea in tabula: sed cenam funeris heres
Negliget iratus: ꝙ rem curtaueris: vrne
Ossa inodora dabit: seu spirent cĩnama surdũ:
Seu ceraso peccent casie nescire paratus:
Tu ne bona ĩcolumis minuas: sed bestiꝰ vrget
Doctores graios: ita fit postq̃ sapere vrbi
Cũ pipe & palmis venit nr̃m hoc maris exps
Feni fece crasso vitiarunt vnguine pultes.

Hec cinere vlterior metuas? at tu meus heres
Quisquis eris paulum a turba seductior audi
O bone num ignoras: missa est a cessare laur9
Isignem ob cladem germane pubis: & aris
Frigidus excutitur cinis: ac iam postib9 arma
Iam chlamydes regũ: iam lutea gausapa captis
Essedaq3 ingentesq3 locat cessonia rhenos
Diis igitur genioq3 ducis centum paria ob res
Egregie gestas induco: quis vetat? aude.
Ve nisi conniues: oleum: artocreasq3 popello
Largior: an phibes: dic clare: non ausim inqs.
Exossatus ager iuxta est: age: si mihi nulla
Iã reliqua ex amitis patruellis nulla pneptis:
Nulla manet patrui sterilis matertera vixit.
Deq3 auia nichilum superest: accedo bouillas:
Cliuũq3 ad virbi: presto ẽ mihi manius heres
Progenies terre q̃re ex me quis mihi quart9.
Sit pater haud prõpte dicã: tñ adde etiã vnũ.
Vnum etiam: terre est iam filius: & mihi ritu
Mani9 hic generis prope maior auũcul9 exit.
Qui prior es: cur me ĩ decursu lãpada poscis?
Sum tibi mercurius: venio de9 huc ego. vt ille

Pingitur: an renuis? vin tu gaudere relictis?
Deest aliquid sūme minui mihi: sed tibi totū ē
Quicqd id ē: vbi sit fuge q̃rere qđ mihi quōdā
Legarat stadius: neu dicta repone paterna
Fenoris accedat merces: hinc exime sumptus.
Quid reliquū ē? reliquū: nūc nūc īpensiꝰ vnge:
Vnge puer caules. mihi festa luce coquatur
Vrtica. & fissa fumosum sinciput aure:
Vt tuus iste nepos olim satur anxeris extis
Cum morosa vago singultiet inguine vena:
Patritie immeiat vulue? mihi trama figure
Sit reliqua: ast illi tremat omēto popa venter?
Vēde animā lucro: mercare atqꝫ excute solers
Omne latus mundi ne sit prestantior alter
Cappadocas rigida pingues pauisse catasta.
Rem duplica. feci: iā duplex: iā mihi quarto:
Iam decies redit in rugas: depinge vbi sistam
Inuentus chrysippe tui finitor acerui.

Auli Persii Flacci satyrarum finis.

Tu qui suxisti de virgine virgineum lac:
Celestis regni lectorem participem fac.

DEO GRATIAS.



Pro mensura prologi persiani.

Nota duplex esse carmen Iambeum rectū videlicet & claudum Rectum habet in sedib⁹ paribus scilicet secunda quarta & sexta iambū imobiliter. In sexta tamē sede pirrichium qui constat duabus breuibus admittit cum vltima sit anceps in omni fere carmine. Tali carmine iambeo persius in prologo suo vsus non est.

Claudum vero licet in secunda & quarta sedibus habeat etiam iambum tamen in sexta sē per spōdeum aut trocheum (cum vltima indifferens sit vt audisti) Inuenies vt patet in hoc persii prologo si diligenter examinetur hinc est ꝙ volunt multi carmen finale corrigi loco de melos nectar ponentes: primam de melos indifferentem ignorantes. Aduerte tamen ꝙ in secunda sede tribracus iambo equipolēs nō nunq̄ potest vt in hoc versu Nec ibicipiti. & ī hoc picasq; docuit. In sedibus autem imperib⁹ prima videlicet tertia & quinta vltra iambum inuenitur aliquando spondeus vt ibi in primo loco Nec fonte & sic de aliis. aliquando anapestus vt hic Memini vt primus pes ē anapest⁹ & fit collisio memin vt Itē hic heliconidas est anapestus in primo Item hic hedere & cetera

Exaratum parhisiis per michaelem thoulouze in vico amigdalorum commorantē diui Iaannis euāgeliste effigie ipsius edes indicante.

Adam pulen

Adam de Pulen Westedit hunc
Librum

